

Universitätsbibliothek Wuppertal

P. Vergili Maronis Bvcolica

Vergilius Maro, Publius

Bonn, 1915

III

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5243](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5243)

III

- Menalcas* Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?
Damoetas Non, verum Aegonis; nuper mihi tradidit Aegon.
M. Infelix o semper, ovis, pecus! ipse Neaeram
 Dum fovet ac ne me sibi praeferat illa, veretur,
 Hic alienus ovis custos bis mulget in hora, 5
 Et sucus pecori et lac subducitur agnis.
D. Parcius ista viris tamen obicienda memento.
 Novimus et qui te transversa tuentibus hircis
 Et quo — set faciles nymphae risere — sacello —
M. Tum credo, cum me arbustum videre Miconis 10
 Atque mala vitis incidere falce novellas.
D. Aut hic ad veteres fagos cum Daphnidis arcum
 Fregisti et calamos; quae tu, perverse Menalca,
 Et cum vidisti puero donata, dolebas
 Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses. 15
M. Quid domini faciant, audent cum talia fures?
 Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum

4 ille *R* 5 hicce *Victorinus GLK VI 22, 19* mulgit *P* 6 lact *P*
 7 Parcius: ista *dist. Serv.* 8 hircis *ς, vd. Serv.* 16 facient *ς*

III Theocr. IV. V — 1 *sqg.* Theocr. IV 1 εἰπέ μοι, ὦ Κορόδων,
 τίνας αἱ βόες; ἦρα Φιλώνδα; Οὐκ, ἀλλ' Αἰγῶνος· βόσκειν δέ μοι αὐτὰς
 ἔδωκεν. Ἡ γὰρ ψε κρόβδαν τὰ ποθέσπερα πάσας ἀμέλγεις; 13 δειλαίται
 γ' αὐταὶ τὸν βούκολον ὡς κακὸν εἶδρον VI 1 Δαμοίτας Carm. ep.
 405, 1 Engstr. det mihi Damoeta Numitor. Antibuc. fr. 2 Theocr. VIII
 IX Μενάλκας VI Δαμοίτας 3 Hom. Od. XVII 246 αὐτὰρ μῆλα
 κακοὶ φθείρουσι νομῆς Augustin. confess. III 2, 4 infelix pecus
 6 Ennod. c. I 9, 92 sucus subducitur 7 *sqg.* Theocr. V 41 ἀνικ'
 ἐπ' ὀρίζον το, τὸ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι αἶδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ
 τράγος αὐτὰς ἐτρέπη — XX 13 ὅμμασι λοῖζα βλέποισα Val. II 154
 transversa tuentem Claud. carm. min. LIII 109 aversa tuentibus
 9 Augustin. civ. dei VI 1, 2 ad risum faciles (Lymphae) Dracont. Rom.
 II 125 faciles risere puellae Hor. c. II 8, 13 10 Theocr. V 112
 ἀλῶν πεκας, αἱ τὰ Μίκωνος... χαρίζονται Calp. VI 83 me, puto, vicinus
 Stimichon... risere *egs.* V 1 VI 91 Nemes. III 1 Micon 12 IX 9
 Calp. VII 5 veteres fagos Sen. Phaed. 510 Pers. V 59 — Theocr.
 VIII, IX Δάφνης et Μενάλκας 13 *sqg.* Calp. IV 23 frange, puer,
 calamos Iuv. VII 27 frange miser calamum Theocr. V 11 τὸ Κροκόλος
 μοι ἔδωκε... τὸ δ' ὦ κακὲ καὶ τόν' ἐτάκευ βασκαίνων καὶ νῦν με τὰ
 λοισθία γυμνὸν ἔθηκας 16 Cat. LXVI 47 quid facient crines, cum
 ferro talia cedant? Ov. ars III 655 quid sapiens faciet? stultus quoque
 munere gaudet Iuv. I 119 II 65 Sedul. hymn. I 86

5 πρὸς δὲ
 74, 43

Excipere insidiis multum latrante Lycisca?
Et cum clamarem 'quo nunc se proripit ille?
Tityre, coge pecus!' tu post carecta latebas.

D. An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, meus ille caper fuit; et mihi Damon
Ipse fatebatur, set reddere posse negabat.


M. Cantando tu illum? aut umquam tibi fistula cera
Iuncta fuit? non tu in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

D. Vis ergo inter nos, quid possit uterque, vicissim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuses:
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus)
Depono; tu dic, mecum quo pignore certes.

M. De grege non ausim quicquam deponere tecum;
Est mihi namque domi pater, est iniusta noverca,
Bisque die numerant ambo pecus, alter et haedos.
Verum, id quod multo tute ipse fatebere maius,
Insanire libet quoniam tibi, pocula ponam

26 Vincita R 27 stipula miserum V 33 infesta Schrader
34 alter(a) de noverca expl. Serv. Philarg. Schol. Bern.

18 Augustin. ep. 134, 2 exceptum insidiis 20 V 12 Theocr.
III 2 ὁ Τίτορος αὐτὰς (αἰγὰς) ἐλαύνει 22 Theocr. V 30 23 Ov.
her. XX 150 si nescis, dominum res habet ista suum XVII 198 XVIII
39 ex P. III 3, 28; 6, 8 f. V 229 Mart. IV 56, 8; 80, 2 25 sqq.
Theocr. V 5 τὰν ποίαν σύριγγα; τὸ γὰρ ποκα, δῶλε Σιβύρτα, ἐκτάσω
σύριγγα; τί δ' οὐκέτι σὺν Κορύδωνι ἀρκεῖ τοι καλᾶμας αὐλὸν πομπύσθην
ἔχοντι; — Calp. VI 22 vincere tu quemquam? egs. — II 36 Nemes. I 58
iungere cera III 14 Carm. ep. 250, 3 iuncta est tibi fistula cera
26 sq. Calp. I 28 triviali more viator canit III 59 Nemes. IV 3 nec
triviale sonans Iuv. VII 55 carmen triviale Ennod. c. I 8 praef.
p. 529 H. per stridentem stipulam aliis triviale carmen adferre
28 sqq. Theocr. VIII 11 χρήσθεις ὦν εἰσδεῖν; χρήσθεις καταθεῖναι
ἄεθλον; . . . μόσχον ἐγὼ θησῶ· τὸ δὲ θεὸς ἰσομάτορα ἄμνον. Οὐ θησῶ
ποκα ἄμνον, ἐπεὶ χαλεπὸς ὁ πατήρ μου χά μᾶτηρ, τὰ δὲ μᾶλα ποθέσπερα
πάντ' ἀριθμῶνται. Ἀλλὰ τί μαν θησεῖς; τί δὲ τὸ πλέον ἐξεῖ ὁ νικῶν;
I 25 αἰγὰ δέ τοι δωσὼ διδοματόκον ἐς τρεῖς ἀμέλεις, ἃ δὲ ἔχοισ'
ἐρίφως ποταμέλγεται ἐς δύο πέλλας VIII 6 sqq. Calp. VI 19 vis
igitur . . . tuos . . . calamos committere nostris? 28 nisi forte recusas
32 sqq. 30 Hor. epod. XVI 49 iniussae veniunt ad mulctra capellae
31 Theocr. XXII 70 ἧ καὶ ἄεθλον ἔτοιμον, ἐφ' ᾧ θηρισόμεθ' ἄμφω;
33 Cat. XXIII 3 et pater et noverca 34 Dracont. Rom. VIII 210
Admetus intrantes haedos numerabat et agnos 35 Prud. apoth. 674
tute ipse fatebere numen 36 sqq. Theocr. V 104 ἔστι δέ μοι γαυλὸς
κυπαρίσσινος, ἔστι δὲ κρατήρ, ἔργον Πραξιτέλεως I 27 καὶ βαθὺ κισ-
σύβιον κεκλωσμένον ἀδεί κηρῷ . . . γλυφάνοιο ποτόσθον. τῷ περὶ μὲν χεῖλην
μαρύεται βύθοις κισσός, κισσός ἐλιγρόσφ κεκονιμένος· ἃ δὲ κατ' αὐτὸν



Chrysomelids

Chrysomelids

Chrysomelids (Bryophilus) (p)

Fagina, caelatum divini opus Alcimedontis,
 Lenta quibus torno facili super addita vitis
 Diffusos hedera vestit pallente corymbos.
 In medio duo signa, Conon et — quis fuit alter, 40
 Descripsit radio totum qui gentibus orbem,
 Tempora quae messor, quae curvos arator haberet?
 Necdum illis labra admovi, set condita servo.

- D. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit
 Et molli circum est ansas amplexus acantho 45
 Orpheaue in medio posuit silvasque sequentis;
 Necdum illis labra admovi, set condita servo.
 Si ad vitulam spectas, nihil est, quod pocula laudes.
 M. Numquam hodie effugies; veniam, quocumque vocaris.
 Audiat haec tantum — vel qui venit; ecce Palaemon. 50
 Efficiam, posthac ne quemquam voce lacessas.
 D. Quin age, si quid habes; in me mora non erit ulla,
 Nec quemquam fugio. Tantum, vicine Palaemon,

38 facilis *V Donatus apud Servium, Philarg. Schol. Bern.* fragilis
R facili ex facti P 39 pallante *V* 41 toto *V*₁ 48 spectes *ς*

καρπῶ ἐλῆξ εἰλεῖται ἀγαλλομένα κροκέντι· ἐντοσθεν δὲ γυνὰ τι θεῶν
 δαίδαλμα τέτοκται κτλ. Sil. VII 188 fagina .. spumarunt pocula Ov.
 m. VIII 669 f. V 522 38 sq. Nemes. III 18 gravidis hederata fronte
 corymbis vitea sarta plicas Claud. XXII 262 lentis vitibus intorquens
 hederas — g. IV 124 Culex 144 aureolos viridi pallore corymbos 405 hederæ-
 que nitor pallente corymbo Prop. IV 7, 79 hederam .. pugnante corymbo
 Stat. Th. VII 653 pallentes hederæ Calp. VII 9 pallente corymbo Ennod.
 c. II 66, 7 hederæ viridis .. corymbi Nonnus XIX 128 41 Aen.
 VI 850 Claud. XVII 275 radio descripsit axes 42 Hes. op. 384
 ἄρχεσθ' ἀμήτορ, ἀρότοιο δὲ — Sen. Herc. O. 634 (Plin. XVIII 19, 179)
 curvus arator 43 = 47 Theocr. I 59 οὐδὲ τί πω ποτὶ χεῖλος ἐμὸν
 θίγειν, ἀλλ' ἔτι κεῖται ἄχραντον 44 Theocr. VIII 21 ἢ μὲν τοι κήρῳ
 σόριγγ' ἔχω 45 Theocr. I 55 παντὰ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὀγρός
 ἄκανθος (schol. ὀγρός τις καὶ μαλακὸς ἄκανθος) Nemes. II 5 et molli
 gremium compleret acantho 48 Varro r. r. III 6, 1 si ad fructum
 spectes 49 Naevius Eq. Tro. 13 R. numquam hodie effugies Aen.
 II 670 numquam omnes hodie — Aen. I 610 XII 677 Ov. her.
 XIII 163 venturam .. quocumque vocaris Luc. VII 815 IX 884
 Calp. I 13 Val. III 670 Stat. Th. X 680 Claud. III 170 50 Claud.
 XXII 383 audiat hoc — Theocr. V 61 ἀλλὰ τίς ἄμυς, τίς κρινεῖ; αἰδ'
 ἐνθοῖ ποθ' ὁ βοῦκόλος ὥδε Λυκάωπας κτλ. VIII 25 Calp. IV 78
 venit en et frater Amyntas VI 91 et venit ecce Micon 21; 28 sqq.
 Anth. lat. 687, 4 seniorque Palaemon Ennod. c. I 8 praef. p. 528, 9 H.
 51 Theocr. V 22 διαείσομαι, ἔστε κ' ἀπειπής 44 ἀλλὰ γὰρ ἔρρ' ὦδ',
 ἔρπε, καὶ ὅστατα βοῦκολιαξή Calp. VI 87 efficerem, ne te quisquam
 tibi turpior esset 52 V 10 IX 32 Theocr. V 78 εἰα λέγ' εἰ τι λέγεις
 — Ov. m. XI 160 in iudice nulla mora est Stat. Th. II 549 neque in
 his mora 53 sq. Theocr. V 68 τὸ δ' ὦ φίλε μήτ' ἐμὲ Μόρσων ἐν
 χάριτι κρίνης μήτ' ὦν τύγα τοῦτον ὀνάσῃς κτλ. Nemes. I 9 vicine Timeta

Sensibus haec imis (res est non parva) reponas.

Palaemon Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba. 55

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos;

Nunc frondent silvae, nunc formosissimus annus.

Incipe, Damoeta, tu deinde sequere, Menalca;

Alternis dicetis: amant alterna Camenae.

D. Ab Iove principium musae; Iovis omnia plena; 60

Ille colit terras; illi mea carmina curae.

M. Et me Phoebus amat; Phoebus sua semper apud me

Munera sunt, lauri et suave rubens hyacinthus.

D. Malo me Galatea petit, lasciva puella,

Et fugit ad salices et se cupit ante videri. 65

65 set se Earle

54 Hor. epod. XIV i imis . . sensibus Sidon. c. VII 223 sensibus imis Anth. lat. 742, 53 56 Bion fr. XIV 17 εἶαρι πάντα κύει, πάντ' εἶαρος ἀδέα βλαστει g. II 330 Colum. X 413 Dracont. laud. I 169; 574 parturit arbor Anth. lat. 235, 3 parturit omnis ager (cfr. g. II 330) 720, 15 57 Ov. ars II 315 autumnum, cum formosissimus annus f. V 207 semper nitidissimus annus Colum. X 282 nunc est mollissimus annus 58 Theocr. IX 1 βουκολιάζω Δάφνι, τὸ δ' ῥῆδ' ἄρχω πρώτος, ῥῆδ' ἄρχω Δάφνι (?), συναψάσθω δὲ Μενάλκας Calp. IV 81 tuque prior, Corydon, tu proximus ibis, Amynta II 27 Carm. Eins. I 20 incipe, Lada, tu prior; alternus Thamyra imponet honorem 59 VII 18 Hom. II. I 604 Μουσάων δ' αἰ' αἰδὼν ἀμειβόμεναι ἐπὶ καλῇ Od. XXIV 60 Theocr. VIII 61 δι' ἀμοιβῶν Calp. IV 79 VI 2; 73 Nemes. II 19 60 sqq. Arat. Phaen. I ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα . . μεσθαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγοαί, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοαί, μεσθὴ δὲ θάλασσα Theocr. XVII 1 ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα . . Μοῖσαι (schol. ἐκ τοῦ Ὁμήρου [fr. 46; 123 Ab.] τὸ προοίμιον) Alcman fr. 2 ἐκ Διὸς ἀρχόμενα (Terpand. fr. 1) Pind. Nem. II 3 ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμίου Cic. Arat. fr. I B. a Iove Musarum primordia Ov. m. X 148 ab Iove, Musa parens, — cedunt Iovis omnia regno — carmina nostra move f. V III Germanic. Phaen. I = Calp. IV 82 (vd. Aen. VII 219) ab Iove principium Avien. Arat. I carminis incensor mihi Iuppiter Stat. s. I praef. (Hor. s. II 6, 22) — Theocr. V 80 ταὶ Μοῖσαι με φιλεῦντι . . καὶ γὰρ ἐμ' ὀπίλλων φιλέει μέγα καὶ καλὸν αὐτῷ κρινὸν ἐγὼ βόσκω Calp. II 28 με Silvanus amat . . et (at alii codd.) mihi Flora comas spargit 61 II 6 VIII 103 Stat. Th. III 659 si carmina curae Nemes. II 54 sunt curae (?) carmina Phoebus 62 Theocr. V 82 Calp. II 32 (ad v. 60) IV 89 quos et Phoebus amat, quos Iuppiter ipse tuetur Carm. Einsidl. I 16 et me . . Cynthus Anth. lat. 253, 40 nunc laurus . . habent sua munera rami 63 IV 43 Ciris 95 hyacinthi . . flores aut suave rubens narcissus Copa 19 suave rubentia mala Nemes. II 48 et dulce rubens hyacinthus Firmic. de error. VII 2 suaviter rubens amaracus 64 Theocr. V 88 βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἡ Κλεαρίστα (schol. πεῖράται με εἰς ἔρωτα ἐπαγαγέσθαι) VI 6 βάλλει τοι, Πολύφαμε, τὸ ποιμνίον ἡ Γαλάτεια μάλοισιν 17 καὶ φέγγει φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκει XI 19 Γαλάτεια . . μόσχῳ γαυροτέρα 65 Ov. m. IX 462 cupit formosa videri Maximian. I 67 et modo subridens latebras fugitiva petebat, non tamen

Antennae

antenna

truly

- M. At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas,
Notior ut iam sit canibus non Delia nostris.
- D. Parta meae Veneri sunt munera; namque notavi
Ipse locum, aeriae quo congressere palumbes.
- M. Quod potui, puero silvestri ex arbore lecta 70
Aurea mala decem misi; cras altera mittam.
- D. O quotiens et quae nobis Galatea locuta est!
Partem aliquam, venti, divom referatis ad auris!
- M. Quid prodest, quod me ipse animo, non spernis, Amynta,
Si, dum tu sectaris apros, ego retia servo? 75
- D. Phyllida mitte mihi: meus est natalis, Iolla;
Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.
- M. Phyllida amo ante alias; nam me discedere flevit
Et longum 'formonse, vale, vale,' inquit 'Iolla.'
- D. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, 80
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.
- M. Dulce satis umor, depulsis arbutus haedis,
Lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas.

69 concessere c. Beda GLK VII 285, 24 77 vitula c. Serv.
Macr. III 2, 15 Exc. Bob. GLK V 643, 35 vitulam R Philarg. Schol.
Bern. Serv. ecl. V 75 Prisc. GLK II 424, 15, III 95, 22; 207, 5;
241, 7 79 multum Beda GLK VII 254, 3

effugiens (cfr. Ov. m. IV 371 XII 484) tota latere volens, sed magis
ex aliqua cupiebat parte videri 66 Theocr. V 90 κῆρμὲ γὰρ ὁ Κρα-
τίδας... ὅπαντων ἐκμαίνει VII 2 Ἀμύντας = 132 Ἀμύντιχος 68 sq.
Theocr. V 96 κῆρμὲ μὲν δωσὼ τὰ παρθένω ἀντίκα φάσσαν ἐκ τὰς
ἀρκεσὺν καθέλων· τηρεῖ γὰρ ἐφίσδει (schol. Ἀλέξανδρος δὲ φησὶν ὁ
Μύνδιος, ὅτι ἡ μὲν φάσσα ὑποκυάνειον ἔχει τὴν κεφαλὴν) Ov. m. XIII
833 69 Ov. ex P. III 3, 19 aeriae tergo columbae Calp. III 76
tibi saepe palumbes... misimus Iuvenc. I 358 aeriam... columbam
70 sq. Cat. LXVIII 149 Ov. her. VIII 5 rem. 167 m. IV 684 f. V
472 (Dracont. Orest. 780) Carm. ep. 270, 2; 576 B, 1 quod potui —
Theocr. III 10 ἡνίκα τοι δέκα μᾶλα φέρω· τηνώθε καθέλων, ὧ μ' ἐκέλευ
καθελεῖν τὸ· καὶ αὐριον ἄλλα τοι οἶσά Nemes. II 67 geminasque palumbes
nuper, quae potui, silvarum praemia, misi Auson. ep. XVII 1 p. 254 P.
aurea mala, Theon, . . mittis Anth. lat. 218, 1 aurea mala mihi
. . mittis cfr. Prop. II 34, 69 72 sqq. Theocr. V 132—135
73 Theocr. VII 93 ἐσθλά, τὰ που καὶ Ζηγός ἐπὶ θρόνον ἄγαγε φάμα
Ov. m. X 642 74 Nemes. IV 62 quid prodest, quod me 76 Hor.
c. IV 11 (Phyllis) 78 sqq. Theocr. V 134 ἀλλ' ἐγὼ Εὐμήδεος
ἔραμαι μέγα· καὶ γὰρ... καλὸν τί με κάρτ' ἐφίλησεν VIII 72 κόρα
ἐχθρὸς ἰδοῖσα τὰς δαμάλας παρελάντα καλὸν καλὸν ἦμεν ἔφασκεν
— Ov. m. III 501 vale, vale inquit Claud. rapt. II 234 o longumque
vale Ennod. ep. II 24 vale ergo longum 80 sqq. Theocr. VIII 57
δένδρεσι μὲν χειμῶν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὖχμὸς, ὄρνισιν δ' ὁππλαγῆς,
ἀγροτέροις δὲ λίνα, ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾷ ἀπαλᾷ πόθος 76 ἀδεῖ' ἂ φωνᾷ
τὰς πόρτιος, ἀδὸ τὸ πνεῦμα κτλ. 82 Anth. lat. 908, 1 dulce sopor
fessis et terris flumina siccis, dulce

- D. Pollio amat nostram, quamvis est rustica, musam;
Pierides, vitulam lectori pascite vestro. 85
- M. Pollio et ipse facit nova carmina; pascite taurum,
Iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.
- D. Qui te, Pollio, amat, veniat, quo te quoque gaudet;
Mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum.
- M. Qui Baviium non odit, amet tua carmina, Maeui, 90
Atque idem iungat volpes et mulgeat hircos.
- D. Qui legitis flores et humi nascentia fraga,
Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.
- M. Parcite, oves, nimium procedere; non bene ripae
Creditur; ipse aries etiam nunc vellera siccet. 95
- D. Tityre, pascentes a flumine reice capellas;
Ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lavabo.
- M. Cogite oves, pueri, si lac praeceperit aestus,
Ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis.
- D. Heu heu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo! 100

84 sit ς Serv. 89 fluunt rivis *Anecd. Helvet.* 47, 29; 85, 8
91 mulceat R 92 fragra *Arusianus GLK VII* 477, 31 97 fronte R
98 aestas R 98, 99, 96, 97, 94, 95 pos. *Cartault* 100 eheu ς
Philarg. Schol. Bern. [Probi] de ult. syll. GLK IV 256, 2 Serv. A.
II 69 aruo R

84 Sidon. c. IV 6 rustica Musa Coripp. Ioh. praef. 28 Musa est
rustica namque mea 85 Theocr. VIII 35 βόσκειτ' ἐκ ψυχᾶς τὰς
ἀμνάδας 86 Ennod. c. I 7, 13 pangit nova carmina Faustus Anth.
lat. 671, 34 nova carmina finxit — Theocr. VIII 37 τοῦτο τὸ βοσκάλιον
παινετε 87 = Aen. IX 629 Sen. dial. III 1, 6 taurorum cornua
iactantur in vacuum et harena pulsu pedum spargitur Lucr. V 1035
(cornibus vitulus) petit Hor. s. II 1, 52 cornu taurus petit Ov. tr. IV
9, 29 spargit tamen acer harenam taurus et infesto iam pede pulsat humum
Paulin. Petr. IV 481 pes spargit harenas 89 Theocr. V 125 τὰ δὲ
τοὶ σία καρπὸν ἐνεῖκαι, ρεῖτω χά Σοβαρίτις ἐμὴν μέλι I 132 νῦν δ' ἴα
μὲν φορέοιτε βᾶτοι, φορέοιτε δ' ἀκανθαί Prud. ditt. 67 Cyprian. Gall.
Exod. 157 Anth. lat. 658, 22 Augustin. serm. ined. I 3 mella fluunt
(fluant) 91 Otto *Sprichwörter* p. 379; 164 92 Colum. X 268
quae . . flores legistis 93 VIII 71 Theocr. XV 58 ψυχρὸν ὄφιν
Ov. m. XI 775 latens herba coluber Dracont. laud. II 277 angues
quaeruntur in herba 94 Theocr. V I αἶγες ἐμαὶ . . φεύγετε 3; 100
οἶτε' ἀπὸ τᾶς κοτίνω ται μηγάδες VIII 67 96 sg. Theocr. III 3 (ad
IX 23) IV 44 βάλλε κάτωθε τὰ μοσχία V 145 αἶγες ἐμαὶ θαρσεῖτε
κερούτιδες ἀδριον ὕμμε πάσας ἐγὼ λουσῶ Σοβαρίτιδος ἐνδοθι λίμνας (s.
κράνας) Aen. VII 489 Sedul. V 421 omnesque in fonte lavari Prud. apoth.
687 ditt. 132 Arator I 114 (II 774) 98 Lucr. VI 1049 prius aestus
ubi aeris praecepit Colum. arb. II 2 uvae quae praecipientur aestu
99 Ov. m. XV 472 ubera . . manibus pressanda capellae f. IV 769
ubera plena premam 100 Theocr. IV 20 λεπτός μὲν χά ταῖρος ὁ
πυρρίχος Tib. I 4, 81 heu heu quam Marathus lento me torquet amore

+ venne
Gewinn
all around him

Wick

coherent

Area of study

- Idem amor exitium pecori pecorisque magistro.
 M. His certe neque amor causa est: vix ossibus haerent.
 Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
 D. Dic, quibus in terris — et eris mihi magnus Apollo —
 Tris pateat caeli spatium non amplius ulnas. 105
 M. Dic, quibus in terris inscripti nomina regum
 Nascantur flores, et Phyllida solus habeto.
 P. Non nostrum inter vos tantas componere lites:
 Et vitula tu dignus et hic, et quisquis amores
 Aut metuet dulcis aut experietur amaro. 110
 Claudite iam rivos, pueri: sat prata biberunt.

101 exitium est R 102 His (= Hi) certe — neque a. c. e. —
Donatus Ter. eun. 269 Hisce cutes *Cartault* 107 nascuntur ζ *Philarg.*
II Prob. GLK IV 213, 20 108 Non: nostrum *dist. Serv.* 109 ut
 quis quis *Rasi* 110 Hau temnet d., haut *Ribbeck* metuet, dulcis
Wagner haud — haud *Graser* amaro — amores *Ebert, sed vd. Rothstein*
Herm. XXIV 24 *Leo Nachr. der Gött. Ges. d. W.* 1898, 474

101 II 33 g. II 529 Ov. f. IV 747 pecori . . pecorisque magistris
 Manil. IV 27 pecudumque magistri Calp. IV 106 pecoris dixisse ma-
 gistros Prud. ditt. 30 pecoris tunc forte magistrum 102 Theocr. IV
 15 τήνας μὲν δὴ τοὶ τὰς πόρτιος ἀνὰ λείπειται τῷ στίχῳ II 89 ἀνὰ δὲ
 λοιπὰ ὅσῳ ἔτ' ἤς καὶ δέσμα epigr. VI 6 Gratt. 290 teneris vix artibus
 haeret Cyprian. Gall. Gen. 1252 vix ossibus haerent Ov. tr. IV 6, 42
 103 ad VIII 107 — Calp. IV 102 teneros subitus vigor excitet agnos
 Symm. I 48 quis oculus fascinavit destinatam quietem? 105 Cyprian.
 Gall. Iud. 676 unam plectens non amplius unam 106 Auson. Cupido
 9 olim regum et puerorum nomina, flores . . Narcissus et . . Hyacinthus
 Claud. XXIV 348 inscripti . . nomen 107 Colum. X 37 nascantur
 flores (Theocr. X 28 ἡ γραπὰ δάκνυθος cum scholio) 108 Catal. IX
 55 non nostrum est tantas, non inquam attingere laudes Calp. VI 89
 sed non ego vobis arbiter, hoc alius possit discernere iudex Anth. lat.
 733, 3 nec nostrum, fateor, tantas discernere voces — Hor. ep. I 2, 11
 Anth. lat. 4, 24 componere lites Augustin. exp. ep. ad Gal. I 111 g. I
 106 Cat. LXI 227 claudite ostia, virgines; lusimus satis Calp. II 96
 primumque reclude canalem et sine iam dudum sitientes irriget hortos